

- 3 Argis in Epiro quod †ippaton appellatur: ibi pons magnus columpnatus duplex, quem Medea aedificari imperasse fertur. ibi †picta sunt gubernacula Argonautarum †quae cepta† navis. ibi Iovis templum
- 5 Typhonis, unde est ad inferos descensus ad tollendas sortes; in quo loco dicuntur qui descenderunt Iovem ipsum videre.
- 4 Leucade mons unde se Sappho deiecit propter virum. in summo monte fanum est Apollinis, ubi
- 10 sacra fiunt; et cum homo inde desiluit, statim excipitur lintribus.
- 5 Sicyone in Achaia in foro aedis Apollinis est. in ea sunt posita Agamemnonis clipeus et machaera, Ulixis chlamys et thoracium, Teucris sagittae et ar-